



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

**Luxemburgi, 1740**

LXXXIX. De nullitate gestorum Potestatis Sæcularis in Sabaudia contra  
Monasterium S. Bernardi in Valesia Ord. Canonicorum Regular. Sancti  
augustini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](#)

ANNO  
1726.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

207

Piscatoris die IV. Februarii MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

LXXXVIII.

Extenditur Constitutio super receptione Fratrum Prædicatorum Congregationis S. Sabinae in Provincia Lombardia, ad Provincias Romanam, & Venetam pro Congregatione S. Marci, & S. Jacobi Veneti.

Hujusmodi Constitutio edita fuit 1725. Maii 5.  
P. 1.

Dat. 8. Febr.  
1726. An. 2.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio  
facti.

¶ 1. **A**lias nos Provincia Lombardia Ordinis Fratrum Prædicatorum levamini, & indemnitati consulere, necnon Congregationis S. Sabinae nuncupata ejusdem Ordinis ex diversis dicta Provincia Lombardia Conventibus auctoritate Apostolica instituta, religiosa tranquillitate prospicere volentes, statuimus, & ordinavimus, quod si deinceps per Vicarium Generalem ipsius Congregationis S. Sabinae dimittetur aliquis Frater, qui e Provincia Lombardia præfata, ejusve Conventibus in eandem Congregationem venisset, ac suscepimus in ea fuisti, tunc Prior Provincialis dictæ Provinciae Lombardia illum recipere, & in primævo sua adfiliationis, aliove ejusdem Provinciae Conventu collocare, necnon de tali collocazione Vicarium Generalem prædictum certiorare tenetur, nisi tamen ageretur de dimissione Fratris in præfata Congregatione recepti, qui ob crima durante sua permanentia in ejusmodi Congregatione commissa carceribus mancipatus, vel de eis inquisitus, aut habituali, gravique mentis, aut corporis infirmitate in eadem Congregatione contracta corruptus repperetur, quo casu istiusmodi Fratrem, nisi post finitam causam aduersus eum instructam per ejus absolutionem ex capite innocentie, vel pœna illi injunctæ implementum, aut sanitatem receperat respective remitti non posse decrevimus: Quo vero ad Fratres, qui habitum in supradicta Congregatione suscepissent, Vicarius Generalis eis ab ipsa Congregatione abeundi, licentiam concedere, illosque dimittere nequeret, nisi prius de invento benevolo receptore in aliquo Conventu cuiusvis Provinciae prædicti Ordinis Fratrum Prædicatorum legitime docuerit, ac hoc modo, & cum isto discrimine de cætero in præmissis procedendum esse declaravimus, ac præcepimus, & alias, prout in nostris in simili forma Brevis die 5. Maii anni proxime præteriti expeditis literis uberioris continetur.

Preces Magistrorum Generalis pro extensione pref. Constitutionis.

¶ 2. Cum autem sicut dilectus filius Dominicus Ponsi sacrae Theologiae Magister, ac Provinciae Romanae Ordinis prædicti Exprior Provincialis, necnon Magistri Generalis totius Ordinis pro Provinciis Italiae Socius, Nobis nuper exponi fecit, binæ aliae Congregationes, una scilicet S. Marci, & altera Beati Jacobi Veneti ex nonnullis Provinciarum Romanae, & Veneta respeccive Conventibus ejusdem Ordinis adinstar supradicta Congregationis S. Sabinae simili auctoritate Apostolica erectæ, vel approbatæ reperiantur, ipse vero Dominicus prædictus literas nostras, ac in eis super dimissione Fratrum edita Congregatione S. Sabinae disposita ad binas Congregationes, ac Provincias prædictas extendi, ac in eis deinceps servari plurimum desideret: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Bullarii Rom. Contin. Pars VII.

¶ 3. Nos igitur ipsum Dominicum specialibus favoribus, & gratiis profequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiastici sententis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latet, si quibus quomodo libet innodus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censes, necnon dictarum literarum nostrarum tenorem, & alia quæcumque, etiam specificam, & individuam mentionem, & expressionem requirentia præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & inseritis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, supradictas nostras literas, ac dispositiones, & ordinationes circa Fratrum e memorata Congregatione Sanctæ Sabinae dimissionem, eorumque in aliis Conventibus dicti Ordinis collocationem in ipsis factas, ad Congregationes S. Marci, & Beati Jacobi Veneti, ac Romanam, & Venetam Provincias prædictas auctoritate Apostolica tenore præsentium extendimus, & ampliamus.

¶ 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, usque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabili, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Caſarum Palati Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irrum, & iuvare, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis Congregationum, ac Provinciarum hujusmodi, etiam Juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia corroboratis statutis, & consuetudinibus; Privilegii quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quonodoliber concessis, confirmatis, & innovatis, atque omnibus, & singulis, quæ in nostris literis prædictis volimus non obstat, ceterisque contrariai quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die VIII. Februarii MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Declarantur nulla gesta per Sæcularem Potestatem in Ducatu Sabaudia aduersus Monasterium S. Bernardi in Valesia Ordinis Canonorum Regularium S. Augustini.

Inn. XIII. Const. ed. 1722. Mar. 27. P. 1. declaratum fuit nullum decretum Senatus Lucernæ super moderatione expensarum pro Monialibus: Et hujus Const. ed. 1728. Sept. 25. P. 5. annulatur Constitutio Ordinum Regni Poloniae contra Nunium & Nunciature libertatem.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

In sublimi Sedis Apostolicae specula meritis licet imparibus constituti, Ecclesiasticam libertatem, & immunitatem, aliaque Ecclesiastarum, Monasteriorum, Hospitalium, Conventuum, ac locorum piorum quorumlibet, illorumque personarum Jura ubique sarta testa tueri, ac aduersus quæcumque, per quæ illis aliquid detrimenti inferri possit, tradita Nobis divinitus auctoritate vindicare tenemur, sicut omnibus matura considerationis trutina perpenſis, æquitati, & justitia, requoque Ordini consentaneum esse in Domino arbitramur.

ANNO  
1726.

Clauſula.

LXXXIX.

Exordium ab officio facta testa vindicandi jura Ecclesiastarum.

Dat. 14. Febr.  
1726. An. 2.

¶ 1. Cum

Multa per  
Sæcularem  
Potestatem  
adversus per-  
sonas, & bo-  
na prædicti  
Monasterii  
parata fue-  
re.

**S. 1.** Cum itaque, sicut ad Apostolatus nostri notitiam, non sine intimo Animi nostri moe-  
rore pervenit, multa aliquot abhinc annis per  
Sæcularem potestatem in Ducatu Sabaudia, ac  
Pedemontii Principatu adversus personas, & bo-  
na Monasterii, seu Hospitalis Magni Sancti Bern-  
ardi nuncupat, in Valegia Ordinis Canonicorum  
Regularium S. Augustini non minus temere, quam  
nulliter attentata fuerint, ac novissime eadem Sæ-  
cularis potestas eo audacie devenierit, ut dilectum  
filium Ludovicum Bonifacium Modernum ipsius  
Monasterii, seu Hospitalis Præpositum, priusquam  
ejusmodi Præpositure possessionem apprehendere  
posset ad præstantum sibi fidelitatis indebitum  
juramentum, necnon ad dictam Præposturam  
tamquam de Jurepatronatu ejusdem Sæcularis po-  
testatis recognoscendam induxerit, seu verius vi,  
metuque compulerit. Quibus exactis tum de-  
mum prædicto Ludovico Bonifacio permisit, ut  
possessionem Præposturae præfatae, quam eatenus  
assequi nequerat, adipisceretur.

**S. 2.** Porro, quamvis explorati Juris sit, ea  
omnia, que in præjudicium Ecclesiæ, ac  
Personarum Ecclesiasticarum, earumque im-  
munitatis præfertim a Laicis quovis modo pa-  
trantur, nullius proflus esse roboris, ac momenti,  
ac tam Juramentum fidelitatis, quam  
recognitiones asserti Jurispatronatus per dictum  
Ludovicum Bonifacium emissæ, seu potius ab ea  
extorta nullum plane jus, aut titulum ipsi Sæ-  
culari potestati tribuere, minusque ejusdem Mo-  
nasterii, seu Hospitalis libertati aliquid detra-  
here posse, adeoque illa speciali improbatione,  
& cæstigatione nostra nequaquam indigere; nihil-  
minus, ne in tam aperta Jurium Ecclesiastico-  
rum oppugnatione torpescere videamus, ac  
Monasterii, seu Hospitalis præfati indemnitatii  
per amplius consulere volentes, necnon omnium,  
& singulorum, que in præmissis, seu eorum  
occasione quovis modo gesta fuerunt, seriem,  
causas, & circumstantias, etiam aggravantes;  
aliave quæcumque, etiam specificam, & indi-  
viduam mentionem, & expressionem requirentia,  
præsentibus pro plene, & sufficienter ex-  
pressis, & exacte specificatis habentes; Motu  
proprio, ac ex certa scientia, ac matura deli-  
beratione Nostris, deque Apostolicæ potestatis  
plenitudine omnia, & singula in præmissis, seu  
eorum occasione per dictam Sæcularis potestati  
adversus bona, & personas Monasterii, seu  
Hospitalis prædicti quovis modo decreta, acta,  
gesta, & attentata, necnon Juramentum fideliti-  
tatis eidem Sæculari Potestati a memorato Ludo-  
vico Bonifacio Preposito præstitum, ac quam-  
cumque recognitionem asserti Jurispatronatus  
per eum, sicut præmititur, facta cum inde se-  
cutis, & forsan quæcumque secuturis peni-  
tutis, & omnino nulla, irrita, invalida, injusta,  
damnata, reprobata, & a non habentibus po-  
testatem de fæto præsumta, nulliusque plane  
roboris, momenti, vel efficacia ab initio fui-  
sse, & esse, ac perpetuo fore, neminemque ad  
illorum observantiam teneri, ino nec illa ulla-  
tenus observari posse, aut debere; Neque ex il-  
lis cuiquam aliquid Jus vel actionem, aut titu-  
lum etiam coloratum, vel possidendi, ac præ-  
scribendi causam acquisitum fuisse, nec esse, mi-  
nusque ulla tempore acquiri, vel competere posse,  
neque illa ulla statum facere, vel fecisse, sed  
periinde ac si nunquam emanassent, nec facta  
fuisser pro non extantibus & non factis perpe-  
tuuo haberi debere, tenore præsentium decerni-  
mus, & declaramus.

**S. 3.** Et nihilominus ad majorem, & abun-  
dantiorem cautelam, & quatenus opus sit,  
illa omnia, & singula motu, scientia, delibe-  
ratione, & potestatis plenitudine paribus dam-  
namus, reprobamus, revocamus, cælamus,  
irritamus, annullamus, & abolemus, viribus

que, & effectu penitus, & omnino vacuamus,  
ac quatenus itidem opus sit, dictum Monaste-  
rium, seu Hospitale, illiusque Præposituram,  
ac bona, & Jura, ac illorum respective perso-  
nas quæcumque aduersus illa in integrum, &  
pristinum, ac eum, in quo antea quomodolibet  
erant statum restituimus, reponimus, & plenarie  
reintegramus.

**S. 4.** Firmas præterea, ac salvas esse volu-  
mus, atque decernimus quæcumque censuras,  
& poenæ Ecclesiasticas, quas ejusdem Sæcularis  
Potestatis administrati, qui præmissa perpetrarunt,  
mandarunt, vel rata habuerunt, seu in eis au-  
xilium, confilium, vel favorem, quomodolibet  
præstiterunt cujusvis præminentia, & dignitas  
fuerint, propter eadem præmissa quovis modo  
incurrerunt; facultate quoque Nobis, & Sedis  
Apostolica expresse reservata quatenus illi mini-  
me redierint ad cor suis loco, & tempore adver-  
sus illos ad alia Canonica, & severiora remedias  
assequendi.

**S. 5.** Decernentes easdem præsentes literas,  
& in eis contenta quæcumque, etiam ex eo,  
quod quilibet in præmissis interesse habentes, seu  
habere quomodolibet prætententes, etiam spe-  
cifica, & individua mentione digni, illis non  
conseruent, nec ad ea vocati, citati, & audi-  
ti, caufæque propter quas præsentes emanarint,  
sufficienter adductæ, verificatae, & justificatae  
non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quan-  
tumvis juridica, & privilegiata, causa, colores,  
prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clau-  
so, etiam enormis, enormissima, & totalis  
lesionis nullo unquam tempore de subreptionis,  
vel obreptionis, aut nullitatis viti, seu inten-  
tionis nostræ, vel interesse habentium consen-  
su, aliove qualibet, etiam quantumvis magno,  
& substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili  
defectu notari, impugnari, infringi, retractari,  
in controversiam vocari, aut ad terminos  
Juris reduci, seu aduersus illas aperitionis oris,  
restitutionis in integrum, aliudque quodcumque  
Juris, facti, vel gratia remedium inten-  
tati, vel imperiari, aut imperato, seu etiam  
mota, scientia, & potestatis plenitudine simili-  
bus concesto, vel emanato, quempian in Judi-  
cio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo mo-  
do posse, sed ipsas præsentes literas semper fir-  
mas, validas, & efficaces existere, & fore, suos  
que plenarios, & integros effectus sortiri, &  
obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tem-  
pore quandocumque spectabiles in omnibus, &  
per omnia plenissime suffragari, & ab eis respe-  
ctive inviolabiliter & inconcussu observari: sic  
que, & non aliter in præmissis per quoscumque  
Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cau-  
rarium Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Ro-  
manæ Ecclesiæ Cardinales etiam de latere Legato-  
, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet  
quæcumque præminentia, & potestate fun-  
gentes, & functuros, sublata eis, & eorum cui-  
libet quavis aliter judicandi, & interpretandi fa-  
cultate, & auctoritate, judicari, & definiri debe-  
re; ac irritum, & inane si fecus super his a quo-  
quam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter  
contigerit attentari.

**S. 6.** Non obstantibus præmissis, ac quatenus  
opus sit nostra, & Cancellaria Apostolica  
regula de jure quæsto non tollendo, aliiisque  
Apostolicis, ac Universalibus, Provincialibus  
& Synodalibus Conciliis editis generalibus,  
vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus,  
legibus quoque etiam Imperialibus, & mu-  
nicipalibus, necnon quibusvis etiam Juramento,  
Confirmatione Apostolica, aut quavis firmata  
te alia roboratis Statutis, & consuetudinibus,  
etiam immemorabilibus; privilegii quoque, In-  
dultis, & literis Apostolicis quibusvis Personis,  
etiam quantumvis sublimibus, & specialissima-

Decernentes  
firme cen-  
træ, quæ in-  
current  
administri  
Sæcularis  
potestatis ob-  
prædicta a-  
tentata.

Clausulæ,

Derogato-  
riæ.

Declarantur  
prædicti om-  
nia attentata,  
ac nulla,  
nulliusq; e-  
roboris esse.

Bona & Jura  
præfati Mo-  
nasterii in  
integrum re-  
stituuntur.

men-

ANNO  
1726.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

209

ANNO  
1726.

mentione dignis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoris, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & in folitis Clausulis, & Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantiscumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata infererentur, & exprimerentur, iisdem præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse volamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

S. 8. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem profus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, que habetur ipmis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Pilicotoris die XIX, Februarii MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Confirmatio  
Motu proprio facta  
prædicti Inducti.

Fides habendæ transumptis.

XC.

Confirmantur & ampliantur quedam privilegia Canonorum Metropolitanæ Lucenæ quoad Insignia.

Alia hujus Constitut. ed. 1725. Maij 8. P. I. confessus fuit usus Mitra alicuiusque insignium Canonicis Metropolitanæ Capuanae.

Dat. 15. Feb.  
1726. An. 2.

BENEDICTUS EPISCOPUS,  
Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Romanus Pontifex in supremo Apostolica potestatis Throno, disponente Domino, super Universas Orbis Ecclesias constitutus, ad illas præfertim sua indefessa mentis aciem convertit, ut Divinus Cultus in eis, ut par est, in dies suscipiat incrementum, Ecclesiarumque ipsorum Majestas magis eluceat, singulari suæ benignitatis Clementia, quantum sibi ex Alto conceditur, Personas in eis Altissimo famulantium speciosioribus ornamentis, & honorum titulis decorare, atque illustrare consuevit, aliarum disponit, prout Ecclesiarum, & Personarum earundem qualitate pensata, conficit in Domino salubriter expedire.

S. 1. Cum itaque, sicut accepimus, alias Ecclesiam Lucanam, quæ singularibus insigniis prærogativis, & conspicuis ornamenti, & honorum titulis decorare præfulget felicis record. Julius Papa III. Prædecessor noster, extendendo, & ampliando literas Apostolicas Lucii III., Alexandri etiam III., ac Martini V. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, in quibus Prædecessores hujusmodi, quod tunc existentes Capitulum, & Canonicæ prefatae Ecclesiae Lucanæ, eorumque Successores in certis tunc expressis anni solemnitatibus pluvialibus induit, dum Divinis inservirent, Mitram albam sericeam ad instar Venerabilium Fratrum nostro-

Ampliatio  
præd.privile-  
giij ad omnia  
in signia Ab-  
batum ulum  
Mitra, &  
Baculi ha-  
beantium.

rum Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinalium gestare possent respective concesserant, quampluribus aliis Privilegijs, & gratiis decoraverit, & inter alia eisdem Capitulo, & Canonicis, quod ipsi Capitulum, etiam in Paschatis Resurrectionis Dominicæ, ac Pentecostes, & Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi, Omniumque Sanctorum, ac singulis Beatae Mariae Virginis respectively Festis diebus, seu quoties eos processionaliter, aut Capitulariter, vel ad aliquas Ecclesias Civitatis Lucanæ in quibusdam Ecclesiarum ipsarum solemnis, prout moris est, accedere, sive in dicta Ecclesia Lucana festa duplicita, & Sanctorum Corporum in illa degentium solemnia per eos celebrari, seu unum eorum, per quem Missa decantari, aut in celebratione Vesperarum Pluviale induere contigisset ad eorum libitum, ac modis, & formis per prefatos Prædecessores, seu alterum eorum concessis, seu alias prout diis Capitulo, & Canonicis expediens, & condescens esse vobis fuisset, eadem Mitra ut libere, & licite posset, & valerent Apostolica auctoritate perpetuo per alias ejusdem Julii Prædecessoris literas Apostolicas etiam concesserit, & indulserit, ac alias prout in singulis literis hujusmodi desuper tunc concessis plenius continetur.

S. 2. Nos, qui Ecclesiarum omnium præfertim Cathedralium Privilegia, ad hoc ut Divini cultus illis decentius, & honorificenter peragatur sarta testa persistere, quin imo illa augere concupiscimus, attentes ejusdem Ecclesie Lucanæ conspicuitatem, ac dictæ Ecclesie Lucanæ illiusque Capituli, & Canonicorum prælatorum decori consulere, ac eodem Capitulum, & Canonicos amplioris gratia favore prosequi volentes, ipsosque, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicacionis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & peccatis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequent. harum serie absolventes, & absolutos fore censemtes, Motu proprio non ad eorum, vel aliquorum super hoc pro eorum parte Nobis oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque deliberatione, ac liberalitate nostris, deque Apostolica potestatis plenitude concessiones, & indulta favore Capituli, & Canonicorum, per prefatos Prædecessores, ut præfertur, emanatas, & emanata, & super illis earundem Prædecessorum desuper, ut præfertur expeditas literas illarum tenores etiam veteriores præsentibus pro plene, & sufficienter, ac de verbo ad verbum expressis habentes Apostolica auctoritate præfata etiam perpetuo confirmamus, & approbamus, omnesque, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper in Concessione, & Indultorum hujusmodi obtenuerint forsan quomodolibet intervenient Apostolica auctoritate præfata plenarie supplemos, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adiunximus;

S. 3. Ac insuper concessiones, & indulta hujusmodi per Nos, ut præfertur, confirmatas, & approbatas, ac confirmata, & approbata in prefatis Prædecessorum hujusmodi literis, ut præfertur, expressas, & expressas pro prefatis Capitulo, & Canonicis, videlicet, quod post Pontificalem Majorem, ac Secundam, Tertiæ, ac Quartam in præfata Ecclesia Lucana dignitates respective obtinentes, ac omnes, & singuli Canonicæ ejusdem Ecclesie Lucanæ, etiam nunc, & pro tempore existentes de cetero perpetuo futuris temporibus in prefatis anni festivitatibus, & aliis temporibus, ac Ecclesiasticis functionibus, in prefatis literis Prædecessorum hujusmodi expressis, etiam absente Episcopo, usu omnium Pontificalium, ac omnibus insignibus Ab-